



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Privilegium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

Cetera statuta poenalia, obligantia in conscientia, etiam laicos, dicitur animarum, ita summus Pontifex in toto orbe, quia totum orbem habet pro diocesi, c. cuncta per mundum, i. & 2. 9. q. 3. Gom. in c. 1. n. 34. de constitut. l. 6. præterea, quia facit unum consistorium cum Deo, idem ibid. n. 38. sicut Vicarius in suo Episcopo, Clem. Et si generalis, de reso. c. 2. de consuet. lib. 8. & est Vicarius Dei, Archid. in c. fundamenta, de elect. lib. 6. appellatur Imperator, Ioan. And. in c. per venerabilem, qui fil. sibi leg. dicitur Rex, tex. in cap. cum inter universas, in f. de elect. Gom. in q. 21. de inscr. resign. & omnes mortales sunt subditi Papæ, Iudic. in cap. 1. de constitut. Gom. q. 3. & ibid. & omnes laici ratione animæ subjiciuntur Canonibus & præceptis Papæ, & novit. de judic. Doct. in c. 1. & in c. nam concupiscentia, de constitut. Imperator verò non sic, quia recipit potestatem à populo, Papa verò à Deo, ergo Imperator, & alii domini temporales solùm possunt ligare subditos suos, Papa autem omnes, Gom. ut c. ut animarum, in §. statuto, n. 4. de constitut. lib. 6. Bos. in iii. de foro comp. num. 164. & 169. ubi clarissimè de hac materia differit, quem videto, etiam Novel. de jure protim. in princ. constitut. n. 67. ubi Imperatorem non posse aliquid constituere in terris Ecclesiæ asserit, nam intentio mea non est transcribere de charta in papyrus, sed sufficit citasse Doctores, vide gl. in c. 2. de regul. iur. lib. 6. in ver. possessor, Nav. in c. si faveraveris, nu. 106. 14. q. 3.

Ad quartum, vide Tiraq. de utroque retractu, in t. 1. §. 1. num. 34. & infra, ubi videtur tenere partem affirmativam.

P A T R I A R C H A.

Patriarcha facit crucem deferri ante se ubique, nisi ubi sit summus Pontifex, vel ejus legatus, & est Judex ordinarius omnium suorum Archiepiscoporum, Episcoporum verò, Suffraganeorum vel subditorum eorum non, nisi prout dixi in ver. Archiepiscopus, §. 1. & in ver. appellatio, §. 16. Abb. in c. antiqua, n. 1. & 3. de privilegi.

P R I V I L E G I U M.

Primo, privilegio suo an possit quis renunciat, & an possit præscribi spatio quadraginta annorum; vide Abb. in c. f. de terra, num. 5. & 7. de privilegi. Ianson. in l. beneficium, f. de constitut. Præcep:

Secundò si perdatur, quomodo probetur, vide eundem in cap. cum olim, il primo, num. 1. eod. tit.

Tertio, quomodo pereant privilegia concessa monasterio, ipso destructo, an sumant vires ipso edificato, & quid de privilegio concessò possessionibus, vel Religioni, vide Innoc. in c. Abbate, in fine, de verb. signific. & Abb. in d. c. Abbate, num. 16. & an evanescat per unam contraventionem, vide eundem in c. pro illorum, de præb. similiter de statuto, & consuetudine, ibid. n. 5.

Quartò, quibus ex causis perdatur, vide glos. & Abb. in cap. suggestum, n. 6. de decim. & Gomel. in c. 1. nu. 205. de reserv. lib. 6. & tract. de relig. casu 149.

Quintò, an, & quando privilegiū extinguitur.



tinguitur cum persona, vel quando sit concessum realiter, vel personaliter, vide Dyn. & gloss. in c. privilegium, à num. 7. dereg. iur. lib. 6. & gloss. in c. cum venient, & in c. probatum, de institut. & in dubio an præsumatur reale, vel personale, dicit, quod personale, gloss. in Sum. 25. quas. 2. Addit. ad Dynum, loc. cit.

Sexto, an privilegia concessa, ad instar privilegiorum alterius loci, eo loco structo, vel revocatur ista concessa, ad instar illorum, respondetur, quod non, & ita censendum est de indulgentiis concessis ad instar, Bal. in l. omnia, cod. de Epis. & cleric. col. 2. Nayar. de indulgent. notab. 26. num. 8. hoc temperat, non habere locum in illis qui habent facultatem communicandi sua privilegia, & ipsi communicant aliis, ut sunt Romæ Confraternitates sanctissimæ Trinitatis, sanctissimi Sacramenti. nam si extinguerentur privilegia illarum, expirarent etiam concessa, & communicata per illas, quia accessorium sequitur naturam principalis, & cetera, vide in Addit. magnis.

PRIVATIO.

Quot modis venit quis privandus beneficiis ecclesiasticis, vel sit privatus ipso jure, vide Doct. in c. 2. de rescript. & in c. quarela de iurejur. & Gom. q. 7. col. 4. de subrog. collig. Diaz. in Pract. Crim. Can. c. 123. Staph. de lie. grat. fol. 139. à nn. 1. sed cum hodie omnes penae sint arbitratiae Judicibus, etiam sint in jure determinatae, & taxatae, & ex causa possit illas judex augere, & minue-

re, text. & gloss. in l. hodie, ff. de penis. Paul. de Castro cons. 328. col. 2. Covar. lib. 2. c. 9. nu. 8. var. resol. Symon. de Cath. inst. t. 46. n. 29. l. quid ergo, §. pœna gravior de his qui notant. infam. Abb. cap. 2. de cohab. Cler. & mul. circa fin. Covar. pract. quest. c. 34. in u. t. Maran. 4. p. iii. an. judic. si ci- vil. vel. crim. nu. 82. Foller. pract. crim. 4. p. num. 2. etiam in criminis heretico, an quis non est ipso jure privatus beneficio? Castro lib. 2. c. 9. de just. heret. punit. Covar. lib. 2. c. 8. var. resol. aliter sentit. bene verum, quoad alia, c. cum secundum leges. de heret. lib. 6. in quibus etiam requiritur declaratoria privationis; Gom. q. 52. de an. possess. licet in hoc etiam delicto post sententiam possint judices mitigare pœnam, & mutare, si viderint expedire, c. ut commis. de heret. lib. 6. ideo circa hoc immorabor parum, sed pro practica ea, quæ sunt de jure novissimo, more meo attingam. Et primum, an Clericus homicida sit ipso jure privatus beneficio prius obtentis? Secundum an possit ea habere in posterum. Tertium, quando amittuntur beneficia propter non residentiam? Quartum, qua praxi utendum in privatione beneficiorum de jure antiquo & novissimo? Quintum, an ubi pœna imponitur ipso jure, requiratur declaratoria? Sextum, an ubi dicitur, nulla alia sententia declaratoria expectata, debeat exequi, pœnam illam incurrerit, beneficia dimittere, non expectando declaratoriam sententiam? Septimum, an Episcopus possit restituere beneficium ei, qui iusta de causa privatus fuerit? Octavum, an quis privatus Ecclesia propter culpam suā, sit inhabili-

